

CLARISSIMO VIRO FRANCISCO
 A CAMPOGIRAVLDO, MERITA SA-
 cratissimarum legum laurea decorato, mu-
 sisq; politoribus ornatissimo, Gui-
 do Morillonius cum omni ob-
 servantia S. D.



VETERES illi, quorum auctoritas cum
 sapientia ad haec nostra usque tempora
 prouecta est, Franciscæ nobilium erudi-
 tissime, non minus docte, quam elegan-
 ter treis Gratiæ (quas Græci χάρπτες
 uocant) ita depingebant, ut una earum, ueluti à nobis pro-
 fecta, auersam faciem teneret; reliquæ uerò duæ nos aspè-
 cerent, quo quidem exemplo monemur, accepti beneficij
 nunquam immemores esse debere: uerùm illud aliquo cum
 scœnore rependere. ego itaque prisceos emulabundus, cum
 attentiuscule mecum pensitarem, quantum in me tua beni-
 gnitas contulisset, ne id ingratiū proiecisse uidearis, exigua
 compensatione, ut saltem aliquo argumento animum no-
 strum, tuis beneficijs p.ene obrutum, tantillum leuare consti-
 tui. iccirco cum superioribus diebus à Dialecticorum mæ-
 andris mentem relaxarem, sacrum illud musarum diuer-
 sorium repetens, in Heroidas illas Ouidianas fortè indici,
 dij boni quam multiplici eruditione refertas, quam lepidif-
 simis salibus concinnatas. Omne tulit punctum (ut inquit
 Flaccus) qui miscuit utile dulci: quod quidam aut nemo,
 ut puto, aut noster hic Naso est assecutus: qui ita seria
 mellitis figmentis, figmenta serijs miscet, ut satis nescius